

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 77. Argumentum sexagesimum septimum. Similiter Augustinus &  
Gelasius Papa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

mendationis defectio: ubi emendatio nulla, p. 958  
nientia necessaria vana. Et cum quidem vanam  
concludit, quia caret fructu suo, cui Deus eam  
fervit, fructu utique salutis; sed ideo carere cen-  
sunt fructu salutis, quia veram non censuit, sed  
simulatum; ut inde patet, quod ibidem c. 5. eos  
non exsuffit poenitentes veros, sed hypocritas,  
qui ad ea facili revertuntur, de quibus poenitue-  
runt: Ista (inquit) ingenia de ferme hypocrita-  
rum pululare conveverunt; quorum individua  
cum diabolico amicitia, quorum poenitentia nunquam  
fidelis. Si corum individua cum diabolico amicitia,  
poenitentia nunquam fidelis: censetur igitur eos  
amicitiari cum diabolo ne tunc quidem abficere,  
cum poenitentia Sacramentum sufficiunt; nec  
proinde tunc vere poenitentia. Ideo vero id censet,  
quia post suscepctionem illius facili ad suaredeunt  
crimina. Si enim poenitentiam peccatorum, ab  
ea facil recedentium, veram censeret, cap. 7.  
ad huc Catholicus non sic afficeret, grandium cri-  
minum, post baptismum communislorum, pa-  
nenientiam secundam, ut protinus addaret, quod Deus  
eam permisit patre... sed jam semel, quia jam  
secundo: sed amplius nunquam, quia proxime fra-  
stria. Cui proxime frustria? Quia ex post facto, sive  
ex facili post secundam relapsi, eam non credit  
eile veram, seu vere ex toto corde; sed factam,  
& idem vanam & infruitiosam.

957 Eamdem ob causam S. Ambrosius 1. 2. de pa-  
nit. c. 10. Merito reprehendunt (inquit) qui se-  
pius agendum poenitentiam putant. Quia luxurian-  
tur in Christo (id est ludunt de bonitate Dei, &  
grata Sacramentum Christi:) si enim vere age-  
rent poenitentiam, iterandam postea non praesarent,  
id est facerent tam slabilem, ut non facile postea  
committerent, propter quod poenitentiam iterat  
agere deberent.

## CAPUT LXXVI.

Argumentum sexagesimum sextum.

Similiter Chrysostomus &amp; Gregorius Nyssenus.

958 Chrysostomus enim homil. 7. in cap. 3. ad  
Coloff. ad istam objecctionem: Dicit quis,  
parce illi paululum, & ad ejus imbecillitatem te  
tantillam accommoda. Non responderet: Sed quo-  
nique tandem? Semel, & iterum, & tertio ejus  
impunitati dare aliquid possumus; sed non perpetuo:  
si cum Adversariis exiliham, recidivam toutes  
confundem absolutione dignum, quoties relabi-  
tur, relapsusque confitetur, sequit validē dolor  
dicit. Verum hoc non sufficit Chrysostomo, e-  
mendationem requirit, ut credat ipsum vere ex  
toto corde dolere, plenâ voluntate relapsum  
vitare velle, prout videtur epist. 5. Confiteris pec-  
cata tua, tegne tui miseret supra modum. Scio equi-  
dem sat. Verum id non requiro solum; cupio an-  
tem... ut primum te obsequenter probueris... Ve-  
hementer te dannare, profiterique peccatorum, com-  
mune est, ut sic dixerim, cum infidelibus. Multos  
à Scena, tam viros, quam mulieres, cum turpitudi-  
nem suam perpendunt, sui misere: at non colla-  
mant ad verum scopum... quia non est... cum pec-  
catorum abolitione, quid ea sic emuntur. Ad quod  
ibidem à peccator exigit, ut assida cara conti-  
nent, nequando ad vitia relabatur; tantumque ad  
id conatus admittat, qui ipsum retinere sufficit,  
ne in contrarium relabatur. Et homil. 14. in 2. ad  
Corinthi in Morali rem summa clementia, & be-  
nignitatis, præstantissimæque mendaci rationis esse  
dicit, peccatorum (de quo suprà) citò non abolire,  
sed tamâ dolorosa laboriosaque poeniten-  
tiae vinculis ligare, donec se emendaverit. Scenam  
(inquit) in vinculis enim non tenacis, easmodi

X 3

Si enim nesp̄is judicarimus, non utique judicare-  
mur. Deinde ad hanc objecctionem, verum sat di-  
penses expenderemus. Responde: Quamdiu, que a?  
Annua unum & alterum, aut tres? Atque tem-  
poris mora non quera, sed anime correctionem.  
Hoc itaque fac demones, sint compuncti, sint  
ne in melius commutati. Et res tota confecta erit.  
Nam, nisi ita sit, nihil profecto temporis diutur-  
itas emolumenta attulerit. Neque enim sapientia  
obligatura vulnus fuerit, quarinus, sed an obliga-  
tio illi quidquam profuerit. Ac siquidem etiam ad  
exiguum tempus adhibita prospicit, non iam amplius  
adhibeat. Si autem nondum eam adhibuisse ju-  
vit, etiam post decem annos adhibeat.

Nyssenus etiam Epist. Canon. ad Letojum can. 959

4. vita emendationem requirit ad prudens judi-  
cium de veritate poenitentie, poenitentisque recon-  
ciliatione: In iis autem qui diligentiori conver-  
satione usi fuerint, & vita sua ad id quod bonus  
est, reditum ostenderint, licet Ecclesie Ministro  
tempus auditions contrahere, & communionem  
reddere.

## CAPUT LXXVII.

Argumentum sexagesimum septimum.

Similiter Augustinus &amp; Gelasius Papa.

Quia Gelasius Papa epist. 3. negat ab iis spe-  
randam veniam, qui factis, nulla utique  
succieta emendatione, ostendunt veram se non  
agere poenitentiam, neque ex toto corde peccan-  
ti abficere voluntatem: liquidem remitti culpa  
de præterito potest, correctione sine dubio subsequen-  
te. Nam si deinceps finitur manusura perversitas,  
non est benignitas remittens, sed consentientis af-  
fenso; ac si aperte dicat, quod Sacerdos talen-  
tibus non sit ipsi benignus, sed libi & ipsi ma-  
lignus, peccatum ipsius rovendo, suoque con-  
senso si participem ipsum efficiendo.

Quid vero Augustinus? Poenitentes (ait ferm. 961  
nunc 393.) paenitentes, paenitentes, si tamen estis  
paenitentes, & non estis irridentes, mutate vitam....

Si paenitens es, ... eis facis quod male fecisti?....

Si adhuc facis, exire non ei paenitens. Igitur cen-  
set poenitentes, vitam non mutant, sed facile

relabentes, non esse vere, sed irridentes poenitentie-

tes, vel saltu non plenè conversos. Hoc enim

significant verba ista: poenitentes.... si tamen estis  
paenitentes, & non estis irridentes, mutate vitam.

Significant (inquit) veram non censi poenitentiam,

fed irridiorum, vel non plenam, ab-

que mutatione vita; nec peccatores censi vere

ac plenè conversos, quamdiu adhuc labuntur in

crimina. Quia vita ipsorum nondum est mutata:

si adhuc facis (inquit) certe non ei paenitens.

Quod si verum erat de illis poenitentibus, quorum poenitentia,

Augustini tempore, pluribus durabat

mensibus, in pluribus annis: quo toto tempo-

re multis indulgebant scelibus, macerabantur je-  
unis, incumbebant orationibus, exercebantur hu-

miliactionibus: si (inquit) non obstantibus tot

scelibus, jejunis, orationibus, humiliactionibus,

non celebantur vere ac plenè conversi, ac poenitentes,

si vel semel toto illo tempore relapi fu-  
issent; sequitur à fortiori consuetudinarios nostros,

facileque ac citio relabentes, quamdiu tales sunt,

Augustini iudicio, non censi vere ac plenè con-  
versos; cum nec ipsi vitam mutant, & in com-  
paratione corum, & quibus Augustinus, nihil pe-  
ne faciant, ut ad plenam conversionem perve-  
niant, sintque longè deteriores iis, de quibus Au-  
gustinus. Enimvero, juxta Augustinum, audiend  
da non est lingua poenitentis, quando aliud factis  
loquitur. Et siue qui verbo confitetur, quod Je-  
sus est Christus, sed factio negat, vere cit Antip-

christus; sic qui verbo se p̄niteniem profitetur, sed facto se impenitentem ostendit, vere censendus est impenitens. Audiamus ergo S. Doctorem tr. 3. in epist. Joan. explicantem verba ista: quicunque negat quoniam Iesus est Christus, ipse est Antichristus. Ibi sic loquitur: Jam queramus quis negat ( similiter queramus nos , quis vere fit impenitens , vel non plenē p̄nitenit?) & non attendamus ad lingua , sed ad facta . Si enim omnes interrogentur , omnes uno ore confitentur Jesum Christum : similiter omnes peccata sua confitentes , proclamantur tuto fece deponere. Quiescat paululum lingua , vitam interrogat . Si invenerimus hoc , si ipsa Scriptura nobis dixerit , quia negatio & impunitus , non solum lingua sit , sed & factus : certè multos invenimus Antichristos ( impenitentes ) qui ore profestur Christum (vel p̄niteniam) & qui moribus dissident à Christo ( à vera p̄nitenia . ) Quisquis vero factus negat Christum ( vel facit concursum fructibus p̄niteniae ) Antichristus est (inpositus est . ) Non audio quia sonet , sed video quid vivat . Opera loquuntur , & verba requiruntur ? Opera sunt contraria p̄niteniae , non ergo attendamus ad verba sonantia p̄niteniam . Dicit enim : Non attendamus ad linguam , sed ad facta . . . Quiescat paululum lingua , & vitam interrogat . . . Non audio quid sonet , sed video quid vivat . Vita consuetudinarii , vel facile relabent , non cit vita plenē conversi : quia post confessionem , verbaleque promissiones , lachrymasque & gemitus steriles , priora crima facile repetendo , fatis ostendunt cor suum a peccato tota non recessisse , quidquid in contrario dicterint . Ergo p̄nitenentes , si vere esis p̄nitenentes , mutate vitam .

## C A P U T L X X V I I I .

Argumentum sexagesimum oclavum.

Similiter etiam Gregorius Magnus , &amp; Isidorus.

962 Dicit enim Gregorius Magnus : Bona se (v. g. p̄niteniam) non ex corde tenuisse , ipsi fibi testes sunt , qui hoc citò dimiserunt , 1. 8. Moral. c. 24. Et hom. 30. in Evang. Deus in quorundam corda venit , & mansionem non facit ; quia per compunctionem quidem Dei respectum percipiunt , sed quia non ex toto corde , hoc ipsum quod compunctione fuerunt , recurrente tentatione , facile obliviscuntur ; sique ad perpetratam peccata citò redeunt , ac si huc minime planissent . Qui ergo Deum vere ex toto corde diligit ( quod illi non faciunt ) . . . in ejus corde Dominus & venit , & mansionem facit : quia sic cum divinitatis amor penetrat , ut ab hoc amore , tentationis tempore , facile non recedat . Et l. 2. c. 3. in l. 1. Reg. Vera conversione peccatoris non est in humilitate confessio , sed in renovatione interioris hominis , cum peccatori , tanq; divina gratia CORRECTO , & malum displicet quod amavit , & bonum placet quod odit . Nam sunt nomilli , qui se & de nequitia accusant criminis , & pravitatem non corrigit voluntatis . Qui profecto converti ad Deum non creduntur : quia vera conversione in ore non accipitur , sed in corde ; converti enim simul verti est . Conversio itaque peccatoris vera tunc est , cum ad Creatoris nostri benplacitum eterne nostra homo reducatur ; cum & caro nostra per iniurias odium cibileetur à perpetratione facinoris , & per amorem justitiae mens je extende ad intentionem bone operationis .

963 Alias conversione non est vera , sed vel falsa , vel irsiforia , vel certè non plena : Irlor est enim , & non p̄niteniens ( ait Ilidorus l. 2. sentent. c. 16.) qui ait agit quod p̄nites , nec Deum videtur posse subducere , sed subannare superbus . Nec de illo solo hoc dicit , qui eo ipso tempore , quo po-

met , acut vel propositiō adhuc agit quod p̄nitet , sed de eo etiam , qui postquam p̄nitet , erit illud repetit quod deflevit . Quippe subiungit , quidam accipere lacrymas ad p̄niteniam , & effectum p̄nitenientis non habere : quia inconstans mentis , nunc recordatione peccati lacrymas fundant ; nunc reviviscente usq; ea QUA FLEVERANT iterando committunt . Non idē ergo dicit , eos p̄nitenientes effectum ( remissione ut que peccatum ) non habere , quia simili , dum lachrymas fundunt , crimina iterant ; sed postquam ea FLEVERANT . Quod certè dum frequenter faciunt , & facilē post lachrymas faciunt , Deum haud minus irridere & subannare videntur , quam ille hominem irridere subannare videbatur ; qui post incusum ipsi colaphum , vel sputum injectum , veniam ab ipso peteret , & post veniam petiat , vel sputum iterat , ac deinde iterum veniam peteret , sive frequenter faceret . Similē ergo p̄nitenientes merito illidorsū iustificatos habentem , & potius iustificari , quam veram .

## C A P U T L X X I X .

Argumentum sexagesimum nonum.

Ex Concilio Toletano III. sub S. Leandro , &amp; Romano ac Britannico , sub Gregorio VII.

964 C oncilium enimverò Toletanum III. can. 11. 94 fidelissimè pro suis peccatis p̄nitenientiam agere dicunt peccatores , si quos peccare libenter , iudeas à Presbyteris se reconciliari expofulant ; presumptionemque ipsorum damnata ut execrabilis , dum subdit : Idē pro cœrcenda tam exercrabili presumptione , id à S. Concilio subiatur , ut secundum formam canonum antiquorum detur p̄nitenientia , hoc est , ut prius cum quem sui p̄nitenites facti , à Communiōne ( atque ad eū à sacramentali absolutione , quā tunc à Communiōne non separabatur ) iufcēt , faciat inter reliquos p̄nitenientes ad manū impositam crebro recurrere . Explato autem iustificationis tempore , sicut sacerdotalis contemplatio probaverit , eam Communioni restitutat . Quod si p̄nitenientia eorum redigatur ut fidelissima , hanc dubie redarguitur ut non vera , vel certè non plena . Ex canone proinde illo Cardinalis Aguirius dicit . 8. in canonem illum rectè infert , magnos peccatores ordinarii non censeri plenē conversos nec dispositos ad absolutionem , dum sufficientia p̄nitenientia opera non præmierunt ad imperandū à Deo vera contritionis gratiam . Maxime relapsi furent . Quia de relapsi codem canonem statuitur : Hic verò qui ad priora via , vel intra p̄nitenientia tempus ( per canones prescriptum ) vel post reconciliationem relabuntur , secundum severitatem priorum canonum damnantur . Ex alterativa illa , vel intra p̄nitenientia tempus , vel post reconciliationem , Aguirius n. 157. infert , manifestum est , quod durante toto tempore p̄nitenientia , per canones prescripta , & à Sacerdotibus intimata , data non fuerit sacramentalis reconciliatio , sed tollū post illam . Relapsos verò post reconciliationem . Concilium Toletanum ideò damnari voluit secundum severitatem canonum antiquorum , id est ad p̄nitenientiam iterant agendum non admitti ; quia ipsos alluvavit longè magis impenitentes , seu falso vel non plenē p̄nitenentes , quam non relapsos : cum ne iterata quidem p̄nitenientia dignos existimaverit . Manifestum est ergo , quod eorum conversionem longe magis suspectam habuit .

Nec eorum conversionem minus suspectam habuit Concilium Romanum , anno 1050 , sub Gregorio VII. celebratum , cum docuit , p̄nitenientia ut vera sit , stabilem ac permanentem esse debere ( saltem hoc sensu , quod ab ea facilē non recedatur )